



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XLIX. Mortes varias, per bella pestes aliasq[ue] caussas, iustiſimis
Dei iudicijs, in homines immitti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

538 Cap. XLIX. Mortes varias, per bella, pestes, aliasq; caufas,
Deus, dum vitam tam citò aufert; aufert enim cum vita occasio-
nem atrociora supplicia promerendi.

XV.

Sed cur non etiam sine beneficio hoc auferret vitam illis,
qui improbitate sua faciunt, ut etiam sancti viuere diutius in
tam scelerato Mundo non velint? Nam eousque peccatum pro-
greditur, ut & malos faciat vita indignos, bonos autem vitæ in-
Eccles. 2. 37. dignantes. *Idcirco tradidit me vita mea*, ait ille, *videntem mala uni-*
Gen. 27. 46. *uersa esse sub sole, & cuncta vanitatem*. Quale vitæ tedium etiam
Iob. 10. 1. Rebecca, Iob, Ionas, Elias, Paulus, Christus, aliquæ quām plu-
Ion. 4. 8. g; Reg. 19. 4. rimi habuerunt. Diem natalem Iob maledixit; & Ieremias, ac
2. Cor. 1. 8. Mathathias, se natum doluit. Et Paulus cum eodem Iob, & le.
Marc. 14. 33. remia, & Elia, & Dauid ex hac vita discedere desiderauit. Et
Iob. 3. 1. Ierem. 20. 14. qui vitam odio habuit, ait S Ambrosius, *utique mortem prædicauit*,
1. Machab. 7. *grauias est enim ad peccatum vinere, quām in peccato mori*. Immò
Rom. 7. 24. longè præstabilius est millies mori, quām in peccato viuere.
Phil. 1. 21. Hinc solenne est sanctis viris tedium præsentis vitæ, ut ipsi mor-
Psal. 141. 8. S. Ambros. de tui Deum etiam leuiter desinant offendere, ac videre peccata
beno mortis. aliena, quibus grauiter læditur diuina maiestas. Miùs enim il-
cap. 7. lis dolet mors sua, quām mala aliena, ut apparuit etiam in S. Au-
gustino, cùm eius ciuitas ob sideretur. Itaque & se perimunt
ante tempus, qui peccant, & eos, qui non peccant, ut vel sic bis
peccent peccatores. Qui plura vult de hoc argumento, legat
S. Gregorium Nyssenum oratione de ijs, qui præmaturè abri-
piuntur.

C A P V T X L I X .

*Mortes varias, per bella, pestes, aliasq; caufas, justissimis Dei
judiciis in homines immitti.*

I.

GUr homines nonnulli citius moriantur, satis dictum
existimo. Atque hæc de tempore Mortis quoque suf-
ficiunt. Nam quod in senecta primùm ætate decebat,
vix est quisquam qui murmuraret; cùm vix quisquam sit tam se-
nex, qui non vel sperret, vel optet vitam longiorem. Quod si
enim nonnumquam tedium laboris, vel alijs erumnis pressus mor-
tem videatur vocare, haud seria est vocatio, quia si vel inuoca-
ta venit, est ingrata. Quod lepida fabella expressit Æsopus, in
sene

sene lignorum fasce grauato, ac dicente : Utinam Mors veniret !
 Audite votum mors, & ponè astans dixit : En adsum, quid me
 vis ? exterritus senex respondit : Ut in hoc fasce portando me
 adiuuares, vocavi te. Ita delusa Mors, sene viuo relicto, coacta
 est abire. Neque aliud hoc commento voluit Phryx fabulator,
 quam vota mortis non esse seria, etiam in homine senescente.
 Alia est ratio Sanctorum cupientium esse cum Christo, qui etsi
 ex animo clament : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore Rom. 7, 24.*
mortis huins ! Non clamant tamen ex impatientia, neque mur-
 morant contra Dominum, qui eos finit diutius exulare : Sed po-
 tius dicunt cum S. Martino : *Si adhuc populo tuo sum necessarius,*
non recuso laborem. Itaque de tempore mortis, abundè est dispu-
 tatum. Sed de modo ac vario genere morientium, pauca restant
 dicenda, cùm passim plurima jam sint à nobis tradita, vbi priua-
 ta delicta priuatissimè punita demonstrauimus.

Neque tamen mors particularis sufficit : si flagitia sint pu-
 blica, si in cælum clamantia, publica etiam morte puniuntur.
Sicut malum in ciuitate, ait Amos, quod Dominus non fecerit ? Itaq; Amos. 3. 6.
 bella, famem, pestem, depopulationes agrorum, interitus equo-
 rum & jumentorum ceterorum immittit justissimus Mundi Gu-
 bernator. Ad bella quod attinet, an non his Iudeorum pericula-
 ciam plerumque Devs vindicauit ? (jubet enim compendio repe-
 tere, alias fusè enarrata) iam Assyrios, iam Chaldaeos, iam
 Ægyptios, iam Romanos in eos excitauit. An non decem tri-
 bus, vbi à regibus Syriae castigatae nondum ad frugem redierunt,
 justo Dæi judicio ad extremum stirpitus excisa fuerunt, alijs in-
 seruitutem abreptis, alijs gladio interemptis ? An non etiam
 tribus Iuda & Beniamin, quæ solæ è duodecim restabant, à Chal-
 daeo postea dissipatae, & in Chaldaem transportatae sunt, vbi
 per 70. annos durissimæ seruitutis jugum sustinuerunt ? Hanc
 poenam vbi persoluerunt, iterum misertus eorum Devs, in pa-
 triam illos remisit, as denuò opibus & omni felicitate auxit,
 crescereque fecit in populum grandem. Sed vti difficilus est
 ferre secundam, quam aduersam fortunam, ita rursum à recta
 virtutis via in errores declinauerunt, nihil nisi corporis bona
 estimantes, Quare neq; Messiam cœlestia tradentem reepperunt;

II.

Y y y 2 quin

540 Cap. XLIX. Mortes variæ, per bella, pestis, aliasq; causas,
quæ ipsam & Apostolos eius saeuissimè interfecerunt. Rursum
ergo suppicio digni, rarsum bello tristissimo sunt afflitti. Atque
ut nullum scelus potuit esse detestabilius, quæ quo ipse Deus
infami cruce est interemptus, ita quoque nullum umquam bel-
lum plura secum exitia tulit. Fuit bellum annis diuturnum.
Fuit per magna terrarum spatia extensum. Fuit licentia militari
truculentum. Fuit effectu luctuque miserandum. In Iudea ve-
xati sunt à Præfectis & milite Romano, eo modo, quem & nos
iam diu experti sumus. Nullius agri, nullius pecora, nullius do-
mus, nullius vita erat secura. Non pauci degebant extra Iudeam,
plurimi in ciuitatibus, & pagis. Vbiique expositi fuerunt furenti
populo. Percutiebantur, spoliabantur, foedabantur sordibus,
sauciabantur saxis, occidebantur passim, nullo eos defendente,
& quod miseriis est, nullo miserante, ut Philo tradit. Ut quicq;
eos maximè oderat, ita maximè ludificabat. Denique scopus
erant calamitatum, donec tandem obsessa est Ierosolyma, in-
qua obsidione omnium malorum Oceanus confluxit. Vastitas
agris, incendia tectis illata; homines primùm famæ; tum, quæ
inde sequitur, pestis vastauit adeò atrox, ut aedes & fora plateæ
que omnes corporibus mortuorum sternarentur, multitudine
cadauerum sepeliendi potestatem superante. Iuvenes robustos,
& valida ætate viros, diuersæ velitationes absumperunt; puel-
las & matres honestas, militum petulantia temerauit; ciues eo-
rumque coniuges ac liberos ignis & ensis crudelissimè interfecit,
vel immittis victor in vincula & compedes dedit, vel in manus
vendidit, vel in triumphos & spectacula Romam misit. Feruntur
in unica vrbe Ierosolymitana, obsidionis tempore, decies cœnia
millia perisse, etiam si excipias eos, qui antea per populi fur-
rem, vel injuriæ Præfectorum trucidati sunt. In servitutem
venerunt nonaginta septem millia. Ac ne in homines tantum
sauiretur, ipsa etiam ædificia vastata sunt, diruta magnificen-
tissima palatia, & templum augustissimum ita laceratum, ut nec
lapis super lapidem permaneret. Tantas Dei iras meretur
peccatum; & quidem justissimè sic Deus sclera plectit, quem
offendere infinites grauius est, quam Imperatoriam cuiusquam
Cæsaris laedere Majestatem. Et quid non Cæsares feceré, ut in-
jurias

Philo in
Flaccum, & in
Legatione ad
Caium,

jurias suas vindicarent? Nota est Theodosij tragœdia vt nihil dicam de Troia ob Helenæ raptum eversa, quæ meritò potest Argi collis appellari.

Quemadmodum autem Iudaorum crudelitatem in Christum, bello puniuit, ita eodem pœnæ genere olim castigauit Egyptios & Pharaonem; itemque Tyrios, Idumæos, Moabitas, Syrios, Assyrios, Chaldaeos, & quid non historiae indicant diversis gentibus accidisse? Quare idem sentiendum est de nostris ipsis, infelicissimis bellis. Quid enim aliud putemus esse, quam quædam Dei flagella? Nec enim tantum longa pace sacerulum hoc nostrum cœpit in luxum solui, vt peregrinis vestibus & viri feminas, & fæminæ viros mentirentur; vt nulli sumptus sufficerent; vt episcopum uxores, nobilium matronas, pallijs, tunicis, collaribus, crinum ornamenti, & mundo muliebri exæquarent; sed pœnè etiam fides, religio, reverentia Diuorum, rerum sacrum & Ecclesiasticarum obseruatio, sinceritas, justitia omnis extincta erat; pœnè iterum terræ filij, velut giganteo bello incaelestes insurrexerunt, pœnè superos ipsos conati sunt de regia sua depellere. An non ergo & Deus bellis hæc bella compensaret, & funera funeribus cumularet, dum nos videt scelera sceleribus cumulantes? Sic maculatos crimine, emaculat sanguine: Sic Creatoris sui oblitis aurem vellit: sic opes imminuit, atque abundantiam amputat, ne in vitia ebulliant: Sic animos putrefactantes sale condit: Sic delicta contracta expungit: sic fomenta subducit, ne noua contrahantur: sic ignominia implet facies nostras, vt nomen Domini quæramus: sic vulnerat, vt ad medicū recurramus: sic accidit multitudinem impiorum, quorum semper maior est numerus: sic proborum virtutem, patientiamque exercet, & merita coronat: sic improbis dat occasionem pœnitendi; aut, si sunt obstinati, ejicit illos de hac cætitate sua intenebras exteriores. Hoc merentur comperendinatores pœnitentia, qui velut Echinus partum differunt.

Duplici autem fonte oriuntur peccata, communium cladi causam pœnitentia. Aliquando enim ipse populus corruptus iram Dei in se prouocat. Quod de Sodomitis, & Ierichunte dicitur, & de alijs totis gentibus. Meritò enim Deus falcem

III.

IV.

542 Cap. XLIX. Mortes varias, per bella, pestes, aliasq; causas;
suam mittit, in senticeta passim excrementia, ut populus luat,
quod populus peccauit; quemadmodum & ad sepulchra concipi-
scientiae euenit. Aliquando, & quidem non rariū, ipsi Principes
bella in se prouocant. Facit enim diurna felicitas insolentes,
& qui supra ceteros longè euecti sunt, ceteros facile despiciunt.
Animo igitur tumescente, non iam benefactori D^eo, opes ac po-
tentiam suam, sed suis viribus, nec diuinæ, sed suæ prouidentiæ
ascribunt: progenitoribus & sanguini ascribunt, quidquid Con-
ditoris liberalitati erat tribuendum. Hinc quidquid liber, licere
putant. Hinc quia neminem metuunt, neminem curant. Lex
illis est libido; & vis jus putatur. Non audiuntur consilia; non
admituntur querelæ; perijt, quisquis non laudat iniquitatem.
Exulat veritas, regnant adulatores: omnia susque de que ferun-
tur: Subdit*i* habentur instar jumentorum. An non insurgant?
an non jugum tam crudele excutiant? an non ad libertatem
aspirent? si illis oclusæ sunt aures Principum, an non Devi
querelis adeant? an non à Superis audiantur, qui coguntur
mortales, ritu Deorum propemodum, adorare? Hoc videt au-
ditque Devs, quod gerit Mundus. Exigit igitur æquitas, vt
Principatus transferat, ut regna mutet, ut Imperia non conti-
nuet. Hac de cauſa regnum Assyriorum permitti sunt Persæ
peſſum dare; Persarum, Græci, Græcorum, Romani. Romanorum
quoque peſſum ibit. Quando? quo peſſum dante? D^evs
ſcit. Utinam & tempus & author à nobis longè diſtent! ſed
quandocumque tandem id futurum eſt, futurum eſt, D^eo juſti-
ſime Mundum judicante.

V.

Rom. 9. 12.
Hebr. 9. 27.

Gen. 6. 9

Mortes, quæ per bella contingunt, ostendunt, etiam il-
las, non sine Numinis vindicta, euenire, quæ fame aut peste
procurantur, aut quæ inundatioſibus, incendijs, naufragijsque
inferuntur. Postquam enim ſemel per peccatum Mors intravit
in orbem terrarum, & statutum eſt hominibus ſemel mori, idem
oſtium etiam ſepiuſ inuenit, cum homines agminarim sustulit.
Cur diluicio penè totum genus mortalium deleſum eſt? Videns
Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio
cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, poenituit eum quod boni-
nam feciſſet in terra. Et tacito dolore cordis iuſtrinsecus: Delebo, in-
quit,

quit, hominem quem creauit, à facie terra, ab homine usque ad animantia, à reptili usque ad volucres cali. Quanta tunc mortis seges fuit? quanta strages cadaverum natantium? Puniti sunt, præter familiam Noë, vniuersi, quia peccauerant vniuersi. Atque tunc quidem Mors aquis vña est, aliás ignibus imperium suum exercevit. Tunc nimirum, cùm Dominus dixit: *Clamor Sodomorum* Gea. 18. 19. & *Gomorrha multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Horrendum fuit tunc supplicium, cùm ignes, loco aquarum, de calo ceciderunt; sed & horrenda sclera, & sceleratum ingens multitudo. Ut autem sciamus, quād justum tunc fuerit Dei judicium, ita Abraham affatus est Angelos: *Numquid perdes justum cum impio?* Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribant simul? & non parces loco illi, propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit ate, ut res hanc facias, & occidas iustum cum impio frat̄, iustus sicut impius, non est hoc tuum, qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc. Dixit q̄, Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Si hoc non satis est ad diuinam misericordiam nobis commendandam, dixit etiam: *Non delebo propter decem.* Quis ignes non jacularetur in tam nefariam ciuitatem? Inuenti sunt homines, qui, propter decem, immō propter unum, totam perderent urbem; & Deus urbem non perderet, in quāne decem quidem justi sunt, sed tam impij, vt si possent, DEVM ipsum perderent? Ne igitur miremur, cùm audimus, integras exuri, vel terræ motibus haeriri ciuitates: nouit Deus, quid agat, nec tantam multitudinem extirpat sine cauſa; sicut neque nos ziania ex agris nostris sine cauſa extirpamus.

Aquis & flammis vidimus punitos peccatores; nunc & VI. terra & flamma absumptos consideremus. *Dathan & Abiron* Num. 16. 27. egredi stabant in introitu papilionum suorum cum uxoribus & liberis, omniq; frequentia. Confestim igitur dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, denorauit illos cum tabernaculo suis & uniuersa substantia eorum. Descenderuntq; viui in infernum operiti humo, & perierunt de medio multitudinis. Sed & ignis egressus a Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Repeatinus iste fuit & tremendus interitus. Sed numquid cum

544 Cap. XLIX. Mortes varias, per bella, pestes, aliasq; causas,

eum sacrilegi isti murmuratores non meruerunt? Numquid in.
nocentes cum iustis perierunt? Quam prouide enim locutus
Num. 16. 21. Dominus ad Moysem & Aaron ait: Separamini de medio congregatio.
nis huius, ut eos repente disperdam. Qui ceciderunt prout in faciem,
atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum uniuersa carnis, num
uno peccante contra omnes ira tua desauiet? Et ait Dominus ad Moy.
sen: Pracipe uniuerso populo, ut separetur a tabernaculis Core, &
Dathan, & Abiron. Quod & factum: tantam habet Deus ratio.
nem bonorum, ut etiam in ira misericordia recordetur; necc ca.
pillus quidem de capite nostro cadat, sine eius justissima volun.
tate. At impios si plectere vult, facit, ut ne terra quidem eos
sustineat.

VII.

Sapi. 5. 18.

Quod si quis velit & quartum elementum aeris considera.
re, etiam illud, quod est spirandi remedium, fit mortis & expi.
randi instrumentum: cum aere infecto perustisque ventis, pesti.
litas in homines impetum facit, & venenatae aurae corpora.
corrumpunt. Temerene autem putemus elementa peccare, &
grassari pestes? nequaquam, sed Deus idem & bonas dat tempe.
states & malas, profertque de thesauris suis ventos, & nunc Eu.
ros emittrit, nunc Aquilones. Si peccauerint homines, Accipie
armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimico.
rum. Induet pro thorace justitiam, & accipiet pro galea judicium.
certum. sumet scutum inexpugnabilem aquitatem: acuet autem duram
iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensa.
tos. Ibunt directe emissiones fulgurum, & tamquam a bene curvato
arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Et a
petrofa ira plena mittentur grandines, excandescet in illos aqua ma.
ris, & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtu.
tis, & tamquam turbo venti diuidet illos: & ad erenum perducet
omnem terram iniquitatis illorum, & malignitas euerteret sedes poten.
tiarum. Meliores nancisci aues isti non merentur. Neque defunct
exempla. Cum enim non raro contagium pestilentiae, & cor.
ruptus aer coniungantur, si a peccato aut propter peccatum
pestilentia inuadit, plerumque corruptus etiam homines inua.
dit aer. An non eam ob numeratum populum, a Gad, aut po.
2. Reg. 8. 37. tius a Deo ad David dicitur? Aut septem annis veniet tibi famas

in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illite per sequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua? Quorum tertium elegit David, *Immisitq; Deus pestilentiam in Israël, de manè usque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan usq; ad Bersabee septuaginta milia virorum.* Hic populus occisus est propter Principem, heu quot mortuum reum! Nam qui peccauit, occidit. Ad quem modum sèpe, unius obnoxiam, brevi tempore, ita oppida atque regna, immissa lue, exhauriuntur, ut vix quarta pars hominum restet. Quod dudum se im- probis facturum minatus est Dominus. Nec pestem tantum, sed etiam bestias est minatus; nec minatus est tantum, sed etiam velut exercitum in aciem produxit, iam quidem muscas, iam ci- niphes, iam ranas, iam ignitos serpentes, iam vrsos, iam leones & dracones, quæ omnia diuinis judicijs acciderunt, ut non solum elementa, sed etiam viuentia contra hominem pugnarent, in hominis usum creata. Cur enim non mutarent finem suum, cùm homo ipse priùs à fine suo declinet? Sic Gigantes cælo belum facientes sunt fulminandi.

Sed illud mihi quis obijciet, Dauidem populo numerando peccasse, populū luisse; quod à diuina bonitate videtur esse alienum. Huic respondeo, quod superiùs dixi, non solum iustum esse D̄BVM, si dominio suo vtatur in innocentes, sed etiam benignum. Tollit enim eos, ne malis grauioribus inuoluantur. Nec magnum malum est, mortem, cui antea addicti sumus, populo citiùs, in exemplum aliorum accelerare. Deinde aio, habere etiam & videre D̄BVM in populo caussam, cùm eum plebit, Principe delinquentे. Etsi enim id ignoremus, suo tamen tempore patesiet. Accedit, populum esse membra, regem caput regni; quid ergo mirum, si membra propter capitū puniantur? Præsertim, quia plerumque ip̄sus Principis peccata in populum redundant? An non Dauidē sibi de multitudine ac potentia placentē, etiam ip̄s⁹ populus intumuit, plus viribus suis, quām diuinis auxilijs nixus? An non rege injusto, injusti fiunt & ministri, & populus vniuersus: siue cùm nimis impatienter murmurat, siue cùm mores & exemplum regis imitatur? Certè vbi nimis exactiones instituuntur à magistratu, populus quoque in-

VIII.

Leuit. 26. 15.

Num. 14. 12.

Deut. 28. 21.

Ierem. 21. 6.

Ezech. 5. 7.

Zzz justis

justis artibus pecuniam facit. Rectè igitur Devs, ob Dauidis peccatum, pestem inculit populo Dauidis. Quod pœnæ genus à Deo venire, longè clarus est, quām bella: cùm pestem, per causas naturales exortam directe possit velle, nullà culpâ interveniente; bella autem, quæ in justè suscipiuntur, non possit velle directe, sed tantum diuinæ prouidentia suæ æquitate permittat, in scelerum vindictam; sicut ipsos cacodæmones subinde relaxat, sinitque, tamquam justitiae ministros, per prouinciam, vel domum grassari, quos alioqui diuinâ suâ virtute constrinxisset, & ne nocerent terræ aut mari, cohibusset. Itaque siue morbos, siue mortes, easq; seu publicas, seu priuatas audiamus, *Psal. 144. 17.* semper dicamus: *Iustus Dominus in omnibus vijs suis: & sanctus in omnibus operibus suis.* Quod si autem mortes cladesque tales horremus, horreamus peccatum, causam talium calamitatum. *Eo 2. Paralip. 7.* cessante, cessabunt & istæ, Domino ad Salomonem dicente: *Si clausero calum, & pluia non fluxerit; & mandauero, & præcepero locustæ, ut deuoret terram; & misero pestilentiam in populum meū; conuersus autem populus meus, super quos inuocatū est nomen meum, deprecatus mefuerit; & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitiam, à vijs suis peñimis: & ego exaudiam de celo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum.* Vbi aliud genus est nauis, aliud genus remi adhibendum est.

C A P V T . L.

*Tragico Mauritij Imperatoris exemplo ostenditur, quām
justa sint Iudicia DEI, immò & quām clementia, si
quem publico, etiam per carnificem, sup-
plicio affici, aut ferro excisci-
patiatur.*

I,



I nullum aut auaritiae luculentâ calamitate punitæ; aut inclemencie atq; inhumanitatis diuinitus insigniter castigatae; aut etiam magnæ dignitatis de summo culmine, ob neglectos subditos, dejectæ extat horrendum exemplum, est illud, quod cum alij, tum verò prolixè Georgius Cedrenus in hunc modum narrat, magnatibusque proponit considerans;